Fragmentarium

59

seculum seculi: sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: ut reddam uota mea de die in diem. [illegible]



Da nobis domine auxilium de tribulatione. [illegible] timore.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ps. [illegible]
ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse deus meus et
meus salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius.
Quousque irruitis in hominem interficitis uniuersi uos: tamquam
parieti inclinato et macerie depulse. Verumptamen precium meum
cogitauerunt repellere cucurri in siti ore suo benedicebant
et corde suo maledicebant. Verumptamen deo subiecta esto anima
mea: quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus et salutaris meus
adiutor meus non emigrabo. In deo salutare meum et gloria mea
deus auxilii mei et spes mea in deo est. Sperate in eo omnis con
gregatio populi: effundite coram illo corda uestra. deus adiutor noster in
eternum. Verumptamen uani filii hominum mendaces filii
hominum in stateris: ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate et rapinas nolite concupiscere: di
uitie si affluant nolite cor apponere. Semel locutus est deus
duo hec audiui. quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia tu
reddes unicuique iuxta opera sua. Psalmus Dauiti.
Deus deus meus: ad te de luce uigilo. Sitiuit in te
anima mea: quam multipliciter tibi caro mea. In terra
deserta et inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut uiderem uir
tutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia
tua super uitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 59r – Psalterium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-qh4w/3465/36138)